Pro tercia et ānexa difficultate quo ad ipsas maleficas demonibꝰ se subijciētibus plura super moduꝫ aggrediendi huiusmodi spurcitias possunt difficultari. Primo ex parte demonis ꝛ corporis ab eo assumpti ex quo elemēto sit illud formatū. Secundo ex parte actus an semper cum infusione seminis ab altero recepto. Tercio ex parte temporis ꝛ loci an potius in vno tempore ꝙꝫ in altero exerceat. Quarto an visibiliter quo ad circūstātes se agitat. Ex parte mulierū an tantūmodo ille que ex huiusmodi spurcitijs procreātur a demonibus frequētantur. Secūdo an ille que ab obstetricibus tempore partus demonibus offerunt. Tercio an remissior sit in talibus ipsa venerea delectatio. Ad que omi ad presens cuꝫ nō sit respōdendū eo ꝙ tantūmodo generalitati studemus. ꝛ in secūda parte operis illa singula p eoꝝ opera explanātur vt patebit in quarto capitulo vbi de singulis modis fiet mentio. ideo ad secundū principale tendamus. Et primo cur in tam fragili sexu hoc genus perfidie inuenit amplius ꝙꝫ in viris. Et erit questio prima generalis quo ad cōditiōes generales mulierū. Secunda specialis cuiusmodi mulieres amplius inueniūtur supstitiose ꝛ malefice. Tercia singularis qͦ ad ipas obstetrices que oēs alias in malicia excedunt.

Quo ad primuꝫ. cur in sexu tam fragili mulierū maior multitudo maleficaruꝫ reperitur ꝙꝫ inter viros ꝛ quidē incontrariū argumēta deducere nō expedit cum ipsa experiētia preter verboꝝ ꝛ fidedignoꝝ testimonia talia facit credibilia. Dicamus sexū non despiciēdo in quo deus semper magna fecit fortia vt cōfūdet. ꝙ diuerse a diuersis super hec assignant rationes. Semper tamē in principali cōcordātes. vnde ꝛ pro mulierū aut famēto ipsa materia bene est pdicabilis affectantqꝫ audire vt experientia sepe docuit dūmodo discrete pponat. Nam aliq doctores hāc rōneꝫ tradunt. Dicunt eñ tria esse in

rer natura.lingua.ecclesiasticus et femina q̄ mediū in bonitate aut malicia tenere nesciunt. ꝫ vbi limites sue cōditiōis excedūt.ibi quendaꝫ apicem ꝛ supremū gradū in bonitate aut malicia vendicant. In bonitate q̄dem qn̄ a bono regunt spiritu vn̄ ꝛ optima sunt. In malicia vo qn̄ a malo spiritu regūt vnde ꝛ pessima efficiunt. De lingua em̄ ptꝫ cuꝫ eius ministerio plurima regna fidei xp̄iane sunt subiugata vn̄ ꝛ apostolis xp̄i in igneis linguis spiritussanctus visus est. Ptꝫ ꝛ in aliȷs sapiētibus p̄dicatoribus quotidie lingua canū vulnera ꝛ vlcera languentis lazari lingentes. Iuxta illud. Lingua canū tuoꝝ ex inimicis animas eripientes. Vn̄ ꝛ dux ꝛ pater p̄dicatoꝝ ordinis in figura cattuli latrantis ꝛ accensam faculā in ore gestantis p̄monstrat⁹ est vt suo latratu vsqꝫ in p̄sens habeat lupos hereticos arcere a gregib⁹ ouiū xp̄i. Patet ꝛ ex quotidiana experientia q̄ vnius viri prudentis lingua interdū infinitoꝝ hominū strages p̄pedit. ꝓpter q̄ nō immerito in eius cōmendationē Salomon ꝓuer.x.plura cecinit. In labiȷs sapientis inuenit sapientia. Et iteꝝ. Argentū electū lingua iusti:cor impioꝝ ꝓ nihilo. Pterū. Labia iusti erudiunt plurimos:q̄ aūt indocti sunt in cordis egestate morient. Cui⁹ causa ibideꝫ xvj.subdit.q2 hois est p̄parare animū ꝛ deū gubernare linguam. De mala vo lingua inuenies Ecci.xxviij.lingua tercia multos cōmouit ꝛ dispersit illos a gente in gentem ciuitates munitas destruxit. ꝛ domos magnatoꝝ effodit Et dicit lingua tercia eoꝝ q̄ inter duas ptes cōtrarias incaute vel maculose loquit De secundo.s.ecclesiasticis intellige clericos ꝛ religiosos in vtroqꝫ sexu. Criso.sup illud. Eiecit vendentes ꝛ ementes de templo. Sicut oē bonū a sacerdotio ita omne maluꝫ ab eo egredit. Hiero.i ep̄la ad Nepocianū Negociatorē clericū ex inope diuitem ex ignobili gloriosum quasi quandā pestē fuge. Et beatus Bern.omel.xxiij.sup Can. loquēs de clericis dicit. Si insurgeret apertus hereticus mitteret foras ꝛ aresceret.si violentus inimicus absconderent se forsitan ab eo boni Nunc vo quō abiȷcient aut quo abscōdēt se. Omnes amici ꝛ tn̄ oms inimici oms domestici ꝛ nulli pacifici oms ꝓximi ꝛ oēs que sua sunt q̄runt. Et alibi nostri prelati facti sunt pilati. nostri pastores facti sunt tonsores. Et loquit etiā de prelatis religiosorū q̄ onera grauia inferiorib⁹ imponunt digito aūt suo minimo nō tangerent. Et Greg.in pasto.dicit. Nemo amplius in eccl'ia nocet q̄ꝫ q̄ ꝑuerse agens nomen vel ordinē sanctitat' habet:delinquētē nanqꝫ hūc redarguere nullus p̄sumit.ꝛ in exēplum culpa vehemēter extendit qn̄ ꝓ reuerentia ordinis peccator honorat De religiosis etiā dicit btūs Aug.ad Vincentiū donatistā Simpliciter fateor charitati vestre corā dn̄o deo nr̄o q̄ testis est sup animaꝫ meā ex quo deo seruire cepi quoniam difficile sum expertus peiores sicut ꝛ non meliores q̄ꝫ q̄ in monasteriȷs defecerunt aut profecerunt. De mulierū vo malicia differitur. Ecci.xxv. Non est caput nequi⁹ super caput colubri.ꝛ non est ira sup iram mulieris. Commorari leoni et

draconi pl⁹ placebit q̄ȝ habitare cū muliere neq̄ȝ. Et inter plura que sequūtur ꝛ precedūt ibidē de muliere neq̄ȝ cōcludit. Breuis est omis malicia super maliciaȝ mulieris. Hinc Chrisost. sup Matheū. xix. Nō expedit nubere. Quid aliud est mulier nisi amicitie inimica. ineffugabilis pena. necessariū malū naturalis tētatio. desiderabilis calamitas. domesticū periculū. delectabile detrimētū. malū nature bono colore depicta. ergo si dimittere illā peccatū est cum oportet tenere iam vere tormentū necessariū est. vt aut dimittentes adulteria faciamus aut quotidianas pugnas habeamus. Tulli⁹ deniq̄ȝ. ij. rhetorice dicit. Uiros ad vnūquodq̄ȝ maleficiū singule id ē plures cupiditates impellūt. mulieres ad oia maleficia cupiditas vna ducit muliebriū em̄ viciorū omniū fundamētum est auaricia. ꝛ Senec. i suis tragedijs. Aut amat aut odit mulier nihil terciū dedisse est. flere feminā est mēdacium. Duo genera lachrymaruȝ habent in oculis feminarū. veri doloris vnū. insidiarum aliud. mulier cum sola cogitat mala cogitat. De bonis autē mulieribus tanta laus est vt etiā beatificasse viros legātur ꝛ saluasse gentes terras ꝛ vrbes. Patet de Judith Delbora ꝛ Hester. Hinc apl'us. j. Chorinth. vij. Si qua mulier habet virū ꝛ hic cōsentit habitare cum illa nō dimittat viruȝ. sanctificatus est em̄ vir infidelis p mulierē fidelē. Ideo Eccl. xxvj. di. Mulieris bone beat⁹ vir numer⁹ em̄ annoꝝ duplex. Multa ibi narrat laudabilissia p totū pene capitulū de excellētia bonaꝝ. Et puer. vlti. De muliere forti. q̄ oia etiā in nouo testamēto in feminis claruerūt vt i virginib⁹ ꝛ alijs sanctis feminis que pfidas gētes ꝛ regna ab ydolatrie cultu ad xp̄ianā religiōeȝ deduxerūt. Si quis inspicere velit. Uinc. in spe. hysto. li. xxvj. ca. ix. de regno vngarie p gillā xp̄ianissimā. Et de regno francoꝝ p clothildē virginē ꝛ clodoueo desponsatā inspiciat ꝛ mira inueniet. vnde quecūq̄ȝ vituperationes legunt in cōcupiscētia carnis interptari pnt vt semp mulier p cōcupiscētia carnis intelligat. Juxta illud. Inueni amariorē morte mulierē. ꝛ bona mulier subiecta carnis cōcupiscētia. Sunt ꝛ alij alias rōnes assignantes cur in maiore multitudine repiant femine supsticiose q̄ȝ viri ꝛ dicūt esse tres causas Prima est. qꝛ prone sunt ad credendum. ꝛ qꝛ pncipaliter demō querit corrūpere fidē. ideo potius eas aggredit. vnde ꝛ Eccl'i. xix. Qui cito credit leuis est corde ꝛ minorabit. Scd'a causa ē qꝛ a natura pꝑter fluxibilitateȝ cōplexiōis faciliores sūt impressiōis ad reuelatiōes capiendas p impressionē sepatoꝝ spirituū qua cōplexiōe etiā cū bene vtuntur multū bone sunt cum male peiores sunt. Tercia causa qꝛ lubricā habēt linguā. ꝛ ea q̄ mala arte sciūt eis cōparibus feminis vix celare pnt. seq̄ȝ occulte cū vires nō habeāt p maleficia vindicare querūt faciliter. vnde Eccl'i. xxv. vt. s. Commorari leoni ꝛ draconi pl⁹ placebit q̄ȝ habitare cū muliere neq̄ȝ breuis ois malicia sup maliciā mulieris. Itē pōt ꝛ addi illa cū fluxibiles sunt iō citi⁹ pueros demonib⁹ offerre pnt sicut ꝛ faciūt Sūt ꝛ tercij alias rōnes assignātes q̄s pdicatores caute dnt pponere ꝛ

dicere. q licz in veteri testamēto scripture vt plurimū mala loquāt d mulierib⁹ & hoc ppter primā puaricatricē mulierē. s. Euā & imitatrices eius tū ex post in nouo testamēto ppter mutationē nomis vt eua in aue. Et vt ait Hiero. Totū qd intulit mali maledictio eue. totuz abstulit benedictio marie. Unde plurima & semp laudabilia sunt de ipsis predicātia. Sed qz adhuc modernis tpib⁹ hec pfidia āplius in mulieribus q̄ȝ in viris inuenit vt ipsa experiētia docet curiosius causam inuestigādo vltra pmissa dicere possumus q in omnibus viribus tā anie q̄ȝ corporis cuz sint defectuose nō mirū si plura maleficia in eos quos emulant fieri pcurāt. quātum eñ ad intellectū seu ad intelligēduz spiritualia alterius vident esse speciei a viris cui auctoritas & ratio cū varijs scripture exēplis alludit. Therentius ait. Mulieres ferme vt pueri leui sentētia sūt Et lactātius. iij. institutionū. Nūq̄ȝ aliquā mulierē philosophiā sciuisse nisi temestes. Et prouer. xj. quasi describens mulierē dicit. Est circulus aureus in naribus suis. mulier pulchra & fatua. Ratio naturalis ē. qz plus carnalis viro existit vt patz in multis carnalibus spurcitijs qui etiā defectus notātur in formatiōe primi mulieris cum de costa curua formata fuit id est de costa pectoris que est torta & quasi contraria viro Ex quo defectu etiā pcedit q cū sit animal imperfectū semp decipit. ppter qd semp decipit. Catho instruit insidias lachrymas &c. Et illud. Dum femina plorat. virū decipe laborat. Patet in vxore Sampsonis hue multū infestās cum ad declarādum sibi pblema ppositū sodalibus ab eo expositū eis reuelauit et sic decepit. Patet & in prima muliere q ex natura minorē habent fidē cū dixit serpenti interrogāti. quare nō ederēt de omni ligno paradisi. respondit. de omni &c. ne forte moriamur in quo ostēdit se dubitare & nō fidē habere nō verba dei. que omia etiā ethymologia nois demonstrat Dicit eñ femina a fe et min⁹. quia semp minorē habet & seruat fidez et hoc ex natura quo ad fidelitatē. licz ex gratia simul & natura fides in beatissima virgine nunq̄ȝ defecerat cū tamē in omibus viris defecisset tēpore passiōis xpi. Mala ergo mulier ex natura cū citi⁹ in fide dubitat etiā citius fidē abnegat qd est fundamentū in maleficis. Quātum de niq̄ȝ ad aliā potentiā anime. s. voluntatē. ex natura cū odit aliquē quem prius amauit tūc estuat per iram et impatientiā. & sicut maris estus spbulit & currit. sic talis est tota impatiens. Alludit huic rationi auctoritas diuersa Eccli. xxv. Nō est ira super irā mulieris. et Sene. trage. viij Nulla vis flāme tumidiq̄ȝ venti tāta nec teli metuenda torti quāta cū cōiunx viduata tedis ardet & odit. patet in muliere que false accusauit ioseph & incarcerare fecit. qz noluit sibi in scelus ɔsentire adulterij Genesis. xxx. Et reuera potissima causa deseruiēs in augmentū maleficarū est dolorosum duellū inter maritatas & nō maritatas feminas & viros imo & inter ipsas feminas etiaz sctās. qd tūc de ceteris. Uides eñ in Gen. quāta fuit ipatientia & inuidia sare ad agar postq̄ȝ cōcepit. Genes. xxj. Quāta rachel ad lyā ppter

filios quos nõ habebat rachel Gene.xxx. Quãta anne ad fenẽnam fecundã ipa sterili exñte.j. Regum.j. Quãta marie ad moysen. Numeri.xij. Vñ murmurauit ꝛ detraxit moysi, ꝓpter qḋ est lepra ꝑcussa. Quanta marthe ad magdalenã ipsa sedẽte ꝛ martha ministrante Lu.x. Vñ ꝛ Ecci.xxxvij. Tracta cuȝ muliere de his que emulat.q̃si dicat: nõ est tractandũ cũ ea qꝛ sꝑ emulatio id ẽ inuidia est in ma a muliere. Et q̃ inter se sic agitant quãto magꝭ aduersus viros. Quare etiã vt narrat Valeri⁹ Forone⁹ rex grecoꝝ die q̃ mortu⁹ est dixit Leoncio fratri suo. ad summã felicitatẽ nihil mihi deesset si mihi sꝑ vxor defuisset. Cui Leoncius. Et quõ vxor obstat felicitati. Et ille. Mariti hoc oẽs sciunt. Et Socrates phs interrogat⁹ si ducẽda esset vxor. Respondit. Si nõ capies solitudo arbitrans excipiet. h generis interi⁹ hic heres alien⁹. Sȝ si cepis illic ꝑpetua sollicitudo: cõquestus querularũ: dotis exprobratio affinitũ graue supciliuȝ: garrula socrus lingua successor alieni matrimonij incertus liberoꝝ euent⁹. hec dixit vt expert⁹. Naȝ vt ait Hiero. ꝯtra Iouinianũ. Hic socrates duas habuit vxores q̃s ingenti patientia sustinẽs no potuit tñ ab eaꝝ cõtumelijs clamoribꝰ ꝛ vituperationibus liberari. Vñ quadã die ipis q̃rulãtibus cõtra eũ ꝛ ipse domũ egressus vt eaꝝ molestias euitaret ꝛ añ domũ sederet. ꝓiecerũt ille mulieres sup eũ aquã immundã sup quo ipse nõ ꝑturbatus qꝛ phs ait. Sciebaȝ ꝙ post tonitrua pluuie sequerent. Et de quodã legit cui⁹ vxor submersa erat in fluuio ꝙ cum quereret cadauer eius ad educendum de aqua ibat ꝑ fluuium contra aquã: ꝛ interrogatus causaȝ cum res graues descendant infra ꝛ nõ supra quare q̃reret cõtra aquam. Rñdit. Mulier ista in vita sꝑ fuit cõtraria dictis ꝛ factis siue mãdatis meis. ideo quero cõtrario modo si forte etiã mortua contrariam voluntatẽ vltra cõsuetũ tenuisset. Et q̃dem sicut ex ꝓmo defectu intelligentie abnegationẽ fidei facili⁹ viris incurrũt. Ita ex secundo. s. inordinatis affectionibus ꝛ passionibus varias vindictas querunt excogitant ꝛ infligũt siue ꝑ maleficia siue alijs q̃buscunꝙ medijs. Unde non mirũ tantam multitudinem maleficaꝝ in hoc genere existere. Quantum insuꝑ defectum in memoratiua potentia cum hoc sit in eis ex natura vicium nolle regi sed suos sequi impetus sine quacunꝙ pietate ad hoc studet et cuncta memorata disponit. Unde Theophrastus. Si totam domũ ei cõmiseris seruiendũ: ꝛ si aliq̃d tuo arbitrio reseruaueris etiã minimuȝ vl' magnũ fidem sibi adhiberi adhiberi non putabit ꝛ iurgia cõcitet ei nisi cito ꝯsuleris parat venena aruspices ꝛ ariolos cõsulit. ecce maleficia. Sȝ quale sit dominiũ mulierũ audi Tulliũ in paradoxa. Nũq̃d ille liber est cui mulier imperat leges imponit ꝓscribit iubet vetat qḋ ei videt nec ille imperanti aliquid negare potest vel audet. Ego istũ non modo seruum ꝟ nequissimũ seruorũ appellandũ puto lȝ amplissima familia natus sit. Unde ꝛ Seneca in persona furiose medee. quid animo do cessas sequere felicem impetum pars ista vltiõis qua gaudes quo-

la est rc. vbi multa ponit ostendẽs q mulier nõ vult regi sed suo impetu ꝓcedere etiã in damnũ suũ sicut de multis legit mulierib⁹ q vel ob amorẽ vel dolorẽ. q2 vindictas facere nõ potuerunt: seipsas occiderunt sicut ꝛ de laodice narrat Hiero. sup Danielẽ. q existens vxor regis Antiochi regis syrie. zelans ne pl⁹ amaret beronicẽ quã etiã habebat vxorẽ beronicẽ ꝛ filiũ ei⁹ ex dicto antiocho prius fecit occidi ꝛ post seipsam veneno occidit. Vñ q2 nõ vult regi ꝛ suo impetu ꝓcedere. Jo Crisso. nõ immerito dicit. O malũ omni malo pei⁹ mulier mala siue illa pauper sit siue diues. Si em̃ vxor diuitis sit nõ cessat nocte ꝛ die virũ callidũ stimulare ſmonib⁹ blanda nequiter ꝛ importuna violenter. Si ꝟo paupem viruz hꝫ ipm quoqꝫ ad iracundiã ꝛ rixas incitare nõ desinit. Et si vidua sit ipa ꝑ semetipsaz om̃es despicit passim ꝛ ad omnem audaciã spiritu supbie inflãmatur. Queram⁹ inuenim⁹ fere omnia mũdi regna ꝓpter mulieres fuisse euersa. Primũ em̃ qđ fuit regnũ felix. scꝫ Troye ꝓpter raptũ vni⁹ fem̃ine scꝫ helene destructũ est multis milib⁹ grecoꝝ occisis. Regnũ iudeoꝝ multa mala ꝛ exterminia habuit ꝓpter pessimã reginã iezabel ꝛ filiam ei⁹ Athaliaz reginã in regno iude q occidi fecerat filios filij vt eo mortuo ipa regnaret sed vtraqꝫ occisa. Regnũ romanoꝝ multa mala sustinuit ꝓpt Cleopatrã reginã egypti pessimã mulierẽ. ꝛ sic de alijs. Vñ ꝛ nõ mix si mund⁹ iã patit ob maliciam mulieꝝ. Demũ inspiciendo corporis ipi⁹ carnalia desideria. Vnde innumera nocumẽta vite hũane cõtingunt vt merito cũ cathone vticeñ. dicere possum⁹. Si absqꝫ femina possit ee mund⁹ cõuersatio nr̃a nõ esset absqꝫ dijs cũ reuera si mulierũ nõ essent neqcie etiã tacẽdo de maleficiis adhuc ab innumeris periculis mund⁹ remaneret exornatus Valeri⁹ ad Rufinũ. Chimerã mulierẽ esse nescis ſꝫ scire debes q monstrũ illud triforme insigni venustet facie leonis olentis maculet ventre capre virulẽte cauda vipere armet. vult dicere. Q2 est aspectus ei⁹ pulcer. tactus fetid⁹. cõuersatio mortifera. Audiam⁹ ꝛ aliã ꝓprietatem ꝑ vocem. Nam sicut est mendax i natura. sic ꝛ in loquela. Nam pungit: ꝛ tñ delectat. vñ et eaꝝ vox cantui syrenaꝝ assimilatur q dulci melodia transeuntes attrahunt ꝛ tandẽ occidunt. Occidunt qdem q2 ꝛ marsupia euacuant. vires auferunt. ꝛ deũ ꝑdere cogunt. Iteꝝ Valeri⁹ ad rufinum. Hec loquens placet delectatio: ꝛ pungit delictuz. flos veneris rosa est. q2 sub eius purpura multi latitant aculei. Prouer. v. Nitidi⁹ oleo guttur ei⁹ id est locutio: nouissima eius amara q̃si absintheũ. Audiamus ꝛ aliã in eius incessu statu ꝛ habitu ibi est vanitas vanitatuz. Nõ est hõ in mũdo q tm̃ studet placere deo benigno q̃tũ mulier etiaz mediocris suis vanitatib⁹ studet hominib⁹ placere. De quo exemplum in vita pelagie q̃ñ dedita mũdo discurrebat ꝑ antiochiã ornata nimis quã sanct⁹ pater nomi⁹ noie vidẽs flere cepit ꝛ dixit socijs q toto tpe vite sue tantã diligentiaz nunqꝫ adhibuerat đo placere rc. q demũ orationib⁹ ei⁹ cõuersa est. Hec est de q Eccle. vij. ꝛ de qua iam eccl'ia lame

tat ꝓpter ingentē multitudinē maleficarꝫ Inueni amariorē morte mulierē q̄ laqueꝰ ē venatorꝫ sagena cor eiꝰ. vincula sunt manus eiꝰ: q̄ placet deo fugiet illā. q̄ aūt peccator ē capiet ab ea. Amarior ē morte id ē dyabolo. Apoc. vj. Nomē illi mors Nam lꝫ dyabolus induxit euaꝫ ad peccandū: eua tñ seduxit adam. Et sicut peccatū eue nō induxisset nobis mortē anime ꝛ corporis nisi sꝫ secuta fuisset culpa in adam ad quā induxit eua ꝛ nō dyabolꝰ. iō amarior morte. Iterū amarior morte. qa hec naturalis ꝛ interemit tm̄ corpꝰ ꝫ peccatū a muliere inchoatū occidit aiam priuando gratia ꝛ corpus silr̄ in penā peccati. Iterū amarior morte. qꝛ mors corpalis est inimicꝰ manifestꝰ ꝛ terribil'. ꝫ mulier inimicus blandus ꝛ occultus. Et iō amarior ꝛ periculosior laqueus iam non dicit venatorꝫ ꝫ domonū. qꝛ iam capiunt hoies nō solū p carnalia desideria eas videndo audiendo cū earū facies sit ventꝰ vrens ꝛ vox serpentis sibulus. Iuxta Bernarduꝫ. Uerū etiā inumeros maleficiendo hoies ꝛ iumenta. Sagena dicit cor eiꝰ. i. inscrutabilis malicia q̄ in cordibus earꝫ regnat. Et manꝰ sūt vincula ad detinēdū vbi manū ad maleficiendū creaturā apponunt tunc dyabolo coopante h̄ efficiūt qd̄ ptendūt. Cōcludamꝰ. Omnia p carnalē cōcupiscentiā. q̄ qꝛ in eis est insatiabilis. Prouer. penul'. Tria sunt insatiabilia ꝛc. ꝛ q̄rtū qd̄ nunq̄ dicit sufficit. s. os vulue. Un̄ ꝛ cuꝫ demonibꝰ causa explende libidinis se agitant. Plura hic deduci possent: ꝫ intelligentibus satis apparet. nō mirū ꝙ plures reperiunt infecti heresi maleficorꝫ mulieres q̄ꝫ viri. Un̄ et ꝯn̄r heresis dicenda est. nō maleficorꝫ ꝫ maleficaruꝫ vt a potiori fiat denominatio. Et benedictꝰ altissimus q̄ virilem spēm a tanto flagitio vsqꝫ in pn̄s sic pseruat in q̄ vtiqꝫ cū p nobis nasci ꝛ pati voluit: iōo ꝛ ipm priuilegiauit.

Cuiusmodi mulieres amplꝰ inueniunt supstitiose ꝛ malefice.

Quo ad secundū cuiusmodi mulieres p̄ ceteris inueniunt supstitiose ꝛ maleficijs īfecte. Dicendū vt ex pcedenti questione patuit. ꝙ qꝛ tria generalia vicia. s. infidelitas. ambitio ꝛ luxuria. pcipue in malis mulieribus regnare vident. Ideo ille p̄ ceteris maleficijs intendunt q̄ p̄ ceteris illis vicijs dedite sunt. Iterū qꝛ inter illa tria vltimū amplius pdominat. iō qꝛ insatiabile ꝛc. ideo ꝛ ille inter ambitiosas amplius infecte sunt: q̄ p explendis suis prauis cōcupiscentijs amplius inardescunt vt sūt adultere fornicarie ꝛ magnatorꝫ cōcubine ꝛ hoc ex septemplici maleficio vt in bulla tangit: venereū actum ꝛ cōceptus in vtero varijs inficiēdo maleficijs. Primo mentes hominū ad inordinatū amorē ꝛc. immutando. Secundo vim generatiuā impediēdo. Tercio membra illi actui accōmoda auferendo. Quarto homines pstigiosa arte i bestiales formas mutando. Quinto vim generatiuā quo ad femellas destruendo. Sexto aborsum pcurando. Septimo infantes demonibus offerendo absqꝫ alijs animalibꝰ ꝛ terre frugibus quibus varia nocumenta inferunt. de q̄bus in sequentibus tractabitur. ꝫ ad pn̄s de nocumentis

hoim demus rōnes. Et primo con·
clusio sup eos quos maleficiunt ad
amorē vel odiū inordinatuȝ ꝛ post
eadem materia ꝓ maiori intelligen
tia sub difficultate est discutienda.
ꝯclusio aūt hec est. Nā sctūs Tho.
in .iiij. dist. xxxiiij. de impedimento
maleficiali ptractans sicut ostendit
quare pmittit dyabolo a deo maior
ptās maleficij sup actus venereos
hominis q̄ȝ sup alios: rationes assi
gnāde. Ita dicere a silī oportet ꝙ he
mulieres ampliꝰ īfestant q̄ hic acti
bus ampliꝰ deseruiunt. Dicit em̄ ꝙ
qꝛ corruptio pcti prima p quam hō
factus ē fuꝰ dyaboli in nos p actū
generātē deuenit. Jō maleficij po-
testas pmittit diabolo a deo in hoc
actu magis q̄ȝ in alijs: sicut etiaȝ in
serpentibꝰ magis ostendit virtꝰ ma
leficioꝝ vt dꝛ q̄ȝ in alijs animalibus
qꝛ p serpentē dyabolꝰ tanq̄ȝ p suuȝ
instrumentū mulierē tēptauit. Vn̄
etiā vt postea subdit. lȝ matrimoni
um sit opus dei tanq̄ȝ ab eo institu-
tum. adhuc p opa dyaboli interduȝ
destruit. Nō qdē p violentiā qꝛ cen
seret sic fortior deo. Sȝ ex diuina p
missione ꝓcurando impedimentū
actus cōiugalis vel tpale vel ppetu
um. ex qbꝰ hoc qḋ experientia do-
cet: dicamꝰ ꝙ ꝓpt hmōi spurcicias
explendas tā erga se q̄ȝ ꝛ seculi po-
tentes cuiuscunq̄ȝ etiā status ꝛ cō-
ditiōis inumera maleficia ptractāt
eoꝝ animos ad amorē hereū vl' phi
locaptionē adeo immutādo vt nul
la cōfusione aut psuasiōe ab eis de
sistere valeant. Ex qbus etiam ꝛ ex
terminiū fidei seu periculū intolera
bile q̄tidie imminet ꝙ eoꝝ aīos im-
mutare taliter sciunt ꝙ eis nullum
nocumentum siue p se siue ab alijs
fieri pmittāt sicq̄ȝ quotidie crescūt
Et vtinaȝ experientia nos minime
edocuisset: imo ꝛ odia talia etiaȝ in
sacramento matrimonij cōiunctis
suscitata p maleficia ꝛ silr infridati
ones generatiue potētie. vt nec red
ditionē nec exactionē debiti mri-
monial' locū ꝓ ple habere valeant
Sed qꝛ amor ꝛ odiū in aīa existunt
quā etiā demon intrare nequit: ne
alicui hec quasi incredibilia videan
tur sub questione sunt discutienda
cū etiā opposita iuxta se posita ma
gis elucescunt.

Questio: an malefice mentes ho
minū ad amorē vel odiū valeāt im-
mutare. ꝛ est septima in ordine.

Q Veritur an de
mones p ipas maleficas mē
tes hominū ad amorem vel odium
inordinatū immutare ꝛ incitare va
leant. Et arguit ꝙ nō ſm premissa.
Tria sunt in homine: voluntas. in-
tellectus ꝛ corpus. Primū deus si
cut habet per se regere: quia cor re-
gis in manu dn̄i. ita secundū p an-
gelum illustrare ꝛ ipm corpꝰ p influ
xus celestiū corpoꝝ dirigere. Pre-
terea intra corpora demones nō pos
sunt esse illa immutando. ergo mi-
nus infra animā eiꝰ potentijs odiū
vel amorem immitendo. Patet cō
sequentia. qꝛ ex natura maioreȝ ha-
bent potestatē supra corporalia q̄ȝ
supra spūalia. ꝛ qdem ꝙ nō possūt
immutare supra patuit in plerisq̄ȝ
locis. qꝛ nullā formam substantialē
vel accidentalem inducere possunt
nisi adminiculo alicuiꝰ alteriꝰ agen
tis. sicut etiam quilibet alius arti-
fex. est etiam ad idē. c. xxvi. q. v. epi
scopi. in fine. Qui credit aliquam

creaturā posse trāsmutari in meli⁹. vel in deterius nisi ab ipo oim creatore infideli & pagano deterior est. Preterea omne agēs ex pposito cognoscit suū effectū. Si igit dyabolus posset mētes hominū imutare ad odiū vel amorē. posset internas cogitatiōes anime videre qđ est cōtra illud qđ i li. de ecclesiasticis dogmatibus dicit. Dyabol⁹ internas cogitatiōes nō pōt videre. Et iterū ibidē. Nō oēs cogitatiōes nr̄e male a dyabolo excitātur. sed aliquotiens ex nr̄i arbitrij motu emergunt. Preterea amor & odiū sūt circa voluntatem que radicat in aīa. ergo nō pñt causari a dyabolo q̄cunq3 arte. tenet cōsequētia. q2 illabi aie. vt dic Aug⁹. Illi soli est possibile qui eā creauit. Preterea si dicat q pōt mouere sensitiuas interiores & sic cōsequēter volūtatē nō valet. q2 vis sensitiua ē dignior q̄3 vis nutritiua. Sz dyabolus nō pōt formare actū virtutis nutritiue vt formet carnē aut os. ergo etiā nō pōt causare aliquē actū interiorū viriū anie. Sz cōtra Dyabolus nō solū visibiliter ꝟ etiā inuisibiliter hoies temptare dicit. hoc āt falsum esset nisi interi⁹ circa animā & eius potētias aliqđ causare posset. Preterea Damasc. in suis sentētijs. Ois malicia & ois imūdicia a dyablo excogitata sūt. & dyo. iiij. c. de di. no. multitudo demonum cā omniū malorum & sibi & alijs est. Respōsio. Hic primo danda est distinctio de cā. & secūdo qualiter pōt interiores potentias anime imutare que dicunt sensitiue interiores. & sic tercio concludet ppositum. Quo ad primum cōsiderādum est q causa alicuius potest aliquid dici dupliciter. Uno modo directe. Alio modo indirecte. Indirecte quidē sicut cū aliquod agēs causat aliquā dispositionē ad aliquē effectū dicit esse occasionaliter & indirecte causa illius effectus. sicut si dicat q ille q̄ secat ligna est occasio cōbustionis ipsorum & hoc modo dicere possumus q dyabolus est causa omniū peccatorum nostrorum q2 ipe instigauit primū hominē ad peccādum ex cui⁹ peccato ꝯsecuta est in toto genere humano quedā pronitas ad omia peccata. et sic intelligēda sunt verba Damasc. & dyo. Directe autē dicit aliqđ esse causa alicuius inquātum operat directe ad illud. & hoc modo dyabol⁹ nō est causa omis peccati. Non enī omia peccata ꝯmittunt dyabolo instigāte sed quedā ex libertate arbitrij & carnis corruptione. q2 vt Orige. dicit. Etiā si dyabolus non esset hoies haberēt appetitū cibi & venereorū & hmōi circa que inordinationes multe cōtingūt nisi p rationem talis appetitus refrenet. & maxime ꝑsupposita corruptiōe nature. Refrenare autē & ordinare huiusmodi appetitū subiacet li. ar. super quem etiam dyabolus minus habet potestatē. Sed quia per hanc distinctionem nō possumus discernere qualiter iterdū amor hereos seu philocaptio pcurari potest. Est vlteri⁹ aduertēdū q dyabolus licet nō possit esse causa illi⁹ inordinati amoris directe cogendo homis voluntatem. potest tamē esse per modū persuadētis. Et hoc iterū dupliciter. sc3 visibiliter & inuisibiliter. Uisibiliter sicut cum in aliqua specie hois sensibiliter apparet etiā ipis maleficis & eis sensibiliter loquit & persuadet

pctm̄.sicut tēptauit pmos parētes in paradiso in spē serpētis.xp̄m in deserto in aliqua spē visibilit̄r ei apparēs. Et qr nō est putandū q solū sic psuadeat hoiem. qr sequeret q nulla alia pctā fierēt ex instructiōe dyaboli nisi que dyabolꝰ visibiliter apparēs psuaderet. Ideo dicendū est q etiā inuisibilit̄r instigat hoiem ad peccādū. qđ qui fit dupliciter. per modū psuasiōis et p modū dispositiōis. Per modū psuasiōis sicut cū pponit aliquid virtuti cognitiue vt bonū. et h pōt fieri tripliciter. qr vel pponit q̄tuz ad intellectū vel q̄tū ad sensum interiorē vel q̄tū ad sensum exteriorē. Q̄tuz ad intellectū quidē qr intellectꝰ humanꝰ pōt adiuuari ab angelico intellectu bono vel aliqd cognoscēdū p moduz illuminatiōis cuiusdā. vt Dyoni. dicit. Ratio qr sicut intelligē fm pħm est quoddā pati. Ideo pōt imprimere in intellectū aliquā spēm. vn̄ actus intelligēdi elicit. Et si dicat q etiaz dyabolꝰ hoc facere posset sua vtute naturali q̄ nō est diminuta. vt patz ex pcedētibꝰ. Dicēdum q nō pōt p modū illuminatiōis sed p modū per suasiōis. Rō. qr itellectꝰ hois est illius cōditiōis. q q̄to magis illumiatur tāto magis cognoscit verū. et q̄to magis cognoscit ver̄ tātomagis pōt sibi cauere a deceptione. Et qr hāc deceptionē dyabolꝰ finaliter intēdit. ideo q̄cunq eiꝰ psuasio nō pt dici illumiatio licz possit dici reuelatio inq̄tum p impssionē quandā in vires sensitiuas iteriores aut exteriores vbi visibiliter psuaderet aliqd impmeret. vn̄ intellectualis cognitio psuaderet ad aliquē actū exercēdum q q̄liter fieri pōt vicz vt i vires iteriores aliqd impmere possit. Aduertendū est q qr corpal natura nata ē nāliter moueri localit a spūali. Patz hoc in corpibus nr̄is q̄ ab aīabꝰ mouent sil̄r in corpibꝰ celestibꝰ. Nō est aūt apta nata forma ri ab ea imediate et loquimur pcipue de formis a foris manēdo nō ab informādo vn̄ opꝫ q cōcurrat aliqđ corpale agēs. vt pbat in. vij. metħ. Materia corpalis nāl̄r obedit bono vel malo angelo ad motū localē q̄ stāte qr demones sic p motū localem semina colligere pn̄t et piūgere seu adhibere aliqbus effectibꝰ mirabilit faciēdis vt de magis pharaonis cōtigit vbi pduxerūt serpētes et vera aīalia vbi debita actiua debitis passiuis cōiungebāt. Ideo que cūq ex motu locali materie corpali accidē pn̄t nihil phibet p demones fieri nisi diuinitꝰ impediantur Quo iter stāte si volumꝰ intelligere quō pōt fantasiā hois et interiores potētias sensitiuas icitare ad apparitiōes et ipetuosos actꝰ p motuz localē. Notandū q sicut pħs in li. de som. et vigil. assignat cām apparitōnis somnio p motū localē ex eo q cū aīal dormit descēdente plurimo sanguine ad pncipiū sensitiuū simt̄ descēdunt motus siue impssiōes relicte ex sensibiliuz motionibꝰ preteritis et que cōseruate fuerūt in spiritibus siue virtutibꝰ sensibilibꝰ interioribꝰ que sunt fantasia seu imaginatio que idē sūt fm scm̄ Tho. vt patebit. Est eīm fantasia seu imaginatio quasi thesaurꝰ quidā forma p sensum accepta. Vn̄ cōtingit q ità mouent pncipiū apphensiuū. i. potentiā cōseruatoriā specierum q apparēt in fantasijs ita recēter ac si

tunc principiũ sensitiuũ a reb⁹ ip̄is
exteriorib⁹ recent immutaret. Vex
est ꝙ nõ oẽs h̄ intelligũt. ꝫ si q̄s se
occupare vellet cõsiderare haberet
numerũ ⁊ officiũ sensuũ interiorꝫ
q̄ ſm Auicen̄. in li. de aīa. lꝫ dicat eē
q̄nqꝫ. s. sensum cõem. fantasiā. ima-
ginatiuā. extimatiuā. memoriā. ¶ Cū
ſm btm̄ Tho. in p̄ma pte. q. lxxix.
dicit esse quatuor tm̄ eo ꝙ potenti
am imaginatiuā ⁊ fantasiam ponit
vnā: timet ꝓlixitas iõ obmittit de-
claratio eo ꝙ etiā q̄ in plerisqꝫ locꝭ
de his ptractat: tm̄mõ hoc qđ dcm̄
est fantasiā esse thesaurũ formarũ ⁊
alicui videret memoratiuā esse hu-
iusmodi. distigue. q̄ fantasia ē the-
saurus seu cõseruatoriũ formarũ p
sensum acceptaꝝ. memoria aũt the
saurus intẽtionũ q̄ p sensum nõ ac-
cipiunt. Quis ei videns lupũ fugit
nõ ꝓpter indecentiā coloris aut fi-
gure q̄ sunt forme recepte a sensib⁹
exteriorib⁹ ⁊ reposite in fantasia. ꝫ
fugit q̄ inimicus nature ⁊ hoc hꝫ p
quandā intentionē ⁊ apphensionē
existimatiua q̄ apphendit vt noci-
uũ ⁊ canē vt amicũ. ꝫ cõseruatoriũ
illarũ intentionũ est memoria. q̄ re
cipe ⁊ retinere in corpalib⁹ reducũt
ad diuersa principia. nā humida be
ne recipiũt ⁊ male retinent. E cõtra
rio aũt est de siccis. Ad ꝓpositũ h̄
qđ cõtingit in dormientib⁹ de ap-
paritionib⁹ somnioꝝ ex spirituũ. s.
spēꝝ in cõseruatorijs repositaꝝ ⁊ h̄
ex naturali motu locali ꝓpt cõmo-
tionē sanguinis ⁊ humoꝝ ad prin-
cipia illa. i. ad v̄tutes sensitiuas in
teriores. ⁊ dicim⁹ motu locali intri
seco in capite ⁊ in cellulis capitis.
Hoc etiā p̄t accidere ex ꝯsil'i motu
locali p demões ꝓcurato. ⁊ nõ tm̄ i

dormientib⁹ ꝫ ⁊ in vigilantib⁹ in q̄
bus demões pñt admouere ⁊ cõmo
uere interiores spũs ⁊ humores vt
spēs ꝯseruate in cõseruatorijs edu-
cant de thesauris ad p̄ncipia sensi-
tiua. i. ad v̄tutes illas imaginatiuā
⁊ fantasticā vt res aliq̄s habeat tal'
imaginare: ⁊ talis dicet interior tē-
ptatio ⁊ nõ mirũ ꝙ demon h̄ possit
sua naturali v̄tute cũ q̄libꝫ hõ p se
vigilans ⁊ vsum rõnis hñs p volun
tariā cõmotionē spēꝝ ꝯseruatarum
educere põt de suis thesauris. s. cõ-
seruatorijs hmõi spēs vt res aliq̄s
ad suũ placitũ imaginet q̄ stante vt
iam clare intelligit materia de amo
re hereos. Nā q̄ demones vt dictũ
est cõmouere pñt hmõi spēs ⁊c. faci
unt ista dupl'r. Aliqñ absqꝫ ligamie
vsus rõnis. vt de temptatiõe dictũ
est ⁊ p exemplũ de volũtaria adhe
siõe q̄ interdũ fit. Aliqñ aũt ꝙ tota
liter vsus rõis liget. ⁊ h̄ etiā possu-
mus exemplificare p naturales q̄s-
dam defect⁹ vt in freneticꝭ ⁊ ebrijs
Ergo nõ mirũ ꝙ demões sic ligare
pñt deo pmittente vsum rõis. ⁊ ta-
les dicunt arrepticij ⁊ inde arrepti-
cius ab arripio arripis. q̄ arreptuꝫ
a demone: ⁊ hoc dupl'r vel absqꝫ ma
lefica ⁊ maleficio: vel cum ea absqꝫ
maleficio. q̄ vt phs in prefato lib.
dicit ꝙ aliquis in passiõe existens
a modica silitudie mouet. sic amās
ex modica sil'itudie amati ⁊ sic etiā
odiũ habenti. Ideo demones q̄ p
actus hoim experiunt: q̄bus passi-
onib⁹ magis subdunt illos ad hu-
iusmodi amorem vel odiũ inordina
tum instigãt: eo forti⁹ in eoꝝ imagi
nationem ⁊ efficatius imprimendo
hoc qđ intendunt quanto etiam id
facilius pñt. Facilius aũt possunt

quanto etiã amans facilius speciez reseruatã ad pncipiũ sensitiuũ. id ẽ imaginationẽ educit. ⁊ in eiꝰ cogitatiõe delectabiliꝰ moratˀ. Cũ maleficio vo qñ talia p maleficas ⁊ ad maleficarũ instantiã ꝓpter pactũ initũ cũ eis ꝓcurat. de qbꝰ enumerare p̄ multitudine tam in spũalibꝰ q̄ȝ secularibꝰ nõ est possibile. Quot em̃ adulteri pulcerrimas vxores dimittẽtes in fetidissimas alias inardescũt Nouimꝰ vetulã tres successiue abbates vt publica oim fratrũ fama i illo monasterio etiã in hodiernũ diem refert nõ solum in his maleficiasse ꝫ ⁊ interemisse: ⁊ quartũ iaȝ simili mõ dementasse qd ⁊ ipsa publica voce fatetˀ nec feretur dicere feci ⁊ facio: nec desistere a meo amore poterunt: qꝛ tantũ de meis stercoribꝰ comederũt q̄titatẽ p extensum brachiũ demõstrando. Fateor aũt qꝛ nobis nõ aderat vlciscendi ⁊ inqrendi sup eaȝ facultas: iõ adhuc supest. Et qꝛ dictũ fuit in principio distinctiõis q inuisibiliter instigat dyabolꝰ hoiem ad peccandũ nõ solũ p modũ ꝑsuasiõis vt dictũ ẽ: immo etiã p modũ dispositiõis. lȝ non deseruit ad ꝓpositũ tñ sic declaratˀ. Per ꝯsilẽm ei admonitionẽ spirituũ ⁊ humoꝝ facit aliquos magis dispositos ad irascẽdũ vel ꝯcupiscẽdũ: vl ad aliqd hmõi. Manifestuȝ ẽ em̃ q corpe aliqlr dispositio ẽ hõ magis ꝓnus ad cõcupiscẽtiã ⁊ iraȝ ⁊ hmõi passiões: qbꝰ insurgentibꝰ hõ disponitˀ ad cõsensum. Sȝ qꝛ p̄cedentia difficile est p̄dicare: iõ facilior mõ ꝓ ppli auisamento sunt declaranda. ⁊ qbꝰ remedijs possint tales maleficiati liberari tractatˀ in tercia parte.

Modꝰ ꝓponẽdi p̄missa de amore hereos in sermonibꝰ ad pplm.

Predicator de supradictis sic mouet questiõȝ. An catholicũ sit asserere q malefice valeãt ad amorẽ alienarũ feminarũ inordinatũ mentes hoim immutare ⁊ eoꝝ corda sic succendere vt nulla cõfusiõe plagis verbis aut factis ad desistendũ valeant cogi: ⁊ silr ad odiũ inter matrimonialr cõiunctos incitare: vt nec redditõnis nec exactiõis debiti matrimonial locũ ꝓ ple hr̃e valeãt. qñimo interdũ eos optet currere ad amasias intempeste noctis silentio per multa terraꝝ spacia. Sup q̃ si voluerit argumenta aliqua ex precedenti q̄stione sumat. si nõ. dicat tñmõ q q̄stiones iste patiuntˀ difficultates ꝓpter amorẽ ⁊ odiũ: q̃ cũ fundantˀ in voluntate q̃ in suo actu sp libera ẽ: nec cogi põt p aliquã creaturã nisi a deo q̃ eam regere põt. vñ nec demon vel malefica eiꝰ vtute ad amorẽ vel odiũ voluntatẽ cogere videtˀ Item qꝛ volũtas sicut ⁊ intellectꝰ subiectiue existũt i aia ⁊ illabi aie illi soli ẽ possibile q̃ eã creauit. iõ difficultatẽ patitˀ q̄stio q̃ ad veritates enucliãdas in suis ptibꝰ. his tñ nõ obstãtibꝰ dicendũ est p̄mo sup philocaptionẽ ⁊ odiũ. scdo sup maleficiũ generatiue potẽtie. De p̄mo q lȝ in intellectũ ⁊ voluntatẽ hois immediate demon neqat opari. tñ fm oẽs doctores theologos in. ij. sen. de vtute demõis i opando i corpꝰ ⁊ i potẽtias corpis siue corp alligatas siue sint sensus iteriores siue exteriores pmittẽte do agẽ valẽt. Hoc pbatˀ auctẽ ⁊ rõe ex p̄cedenti q̄stione si placet inueniet, si nõ, dicat au

ctoritate et rone. Job. ij. Demoni dixit deus. Ecce in manu tua. i. in ptāte est. Job. et hoc erat q̄ ad corpus. qd ptz. qr in aiam noluit dare. vn̄ dixit Uerūtn̄ aiam ei⁹ serua. i. illesam serua. Ratio qr em̄ dedit in corp⁹ dedit etiā sup oms potentias corpi alligatas. vt sūt qnq̧ exteriores et q̄ttuor interiores. s. sensus cōis. fantasia siue imaginatiua. estimatiua et memoratiua si nō pōt aliter declarari decl de porcis et ouib⁹ exemplū vbi porci p memoratiuā redire sciunt: et oues lupū et canē discernunt ex naturali imaginatione. vnū tanq̧ inimicū. alter tāq̧ amicū sue nature. Cōseqnt cū ois nostra cognitio intellectiua ortū hz a sensu. cum intelligentē iux ph̄m in. iij. de ania. necesse sit fantasmata speculari Jō sicut demon pōt interiorē fantasiā immutare: sic etiā intellectū obtenebrare. Et hoc quidē nō erit imediate agere in aiam: sz mediantib⁹ fantasmatib⁹ Jtē qr nihil amat nisi cognitū. denī exēpla ad placitū d̄ auro qd amat auar⁹: qr intelligit eius virtutē etc. Jō obtenebrato intellectu obtenebrat et voluntas in suis affectiōib⁹. Hec aūt pōt facere demon et absq̧ malefica et cū malefica immo et accidere pn̄t ex sola incautela oculor et de singulis tradem⁹ exempla. Nā vt Jac. j. d̄r. Unusq̧sq̧ temptat a cōcupiscētia sua abstract⁹ et illect⁹. Deinde cōcupiscentia cū cōcepit parit pctm̄. pctm̄ vo cū ɔsūmatū fuerit generat mortē. Sic sichem cū vidisset dinam exeuntem ad videndū mulieris regionis adamauit eā et rapuit et dormiuit cū ea et cōglutinata est anima ei⁹ cum ea Gen. xxxiiij. et fm glo. Jnfirme aie sic accidit qn̄ postpositis ppriis vt Dina aliena negocia curat seducit cōsuetudine et fit vna vnitate sensus cū illicitis. De secūdo q etiā absq̧ maleficis orlat interdū ex tēptatione demonū principaliter sic declarat. Nam amon sororē suā thamar speciosissimā adamauit et deperat i ea valde ita vt pter ei⁹ amorē egrotaret. ij. Reg. xiij. Nō em̄ intantum facin⁹ stupri qs ɔsilret nisi in toto corrupt⁹ et a dyabolo grauit tēptatus. Vn̄ glo. ibidē. Hoc monet nos et iō de⁹ pmisit vt sp caute agamus ne vicia in nobis dn̄ent et princeps pcti q̄ falsam pacē pdicātib⁹ spōdet: nos paratos inueniens improuise trucidet. De hoc secundo genere amoris refert⁹ est liber sctōr patrū q̄ refert q lz oēm tēptationē carnalis cōcupiscentie sibi subtraxissent tn̄ vltra q̧ credi pōt temptabant alt quotiēs amore mulierum. Vn̄ et. ij. Cor. xij. apl's dicit. Dat⁹ est mihi stimul⁹ carnis mee angel⁹ sathane q̄ me colaphizet. vbi glo. Temptando p libidinē dat⁹ est mihi. Tēptatio aūt cui nō consentit nō est peccatū sz materia exercende virtutis. et hoc intelligit de tēptatiōe q̄ ab hoste nō a carne q̄ sp est ad min⁹ pctm̄ veniale etiā si ei nō cōsentiat. Poterit pdicator aliqua exēpla deducere si placuerit. De tercio q amor hereos pueniat ex maleficiis demonū discussū est supra et de hac loquimur tēptatiōe. Et si qs diceret quō posset discerni q n̄ ex dyabolo sz solum ex maleficio talis amor inordinat⁹ pcedit. Dicendū q ex multis Primo si taliter temptat⁹ pulcrā et honestā habeat vxorē et oppositum cōstat de altera etc. Scdo si iudiciū

rationis oino ligat ꝙ nullis plagis seu verbis aut factis aut etiã confusionibus ad desistendũ ab ea iduci valeat. Et tercio potissime qñ se cõtinere nõ potest qn interdũ inopinate se etiã ꝑ longũ spaciũ non obstante asperitate itineris ꝓut ex talium confessione quisqꝫ sentire põt se trãsferre habeãt siue de die siue de nocte. Naꝫ sicut dicit Chris. super Math. xx. de asina quã xps equitauit. ꝙ cũ demõ volũtatẽ hoĩs pctõ possidꝫ quasi ad libitũ trahit q̃ placet. exemplũ dans de naui in mari ꝑdito gubernaculo que ad libitũ vẽti ꝓijcit. ⁊ sicut q̃ equo potẽter insidet ⁊ rex tyrãni habẽs possessioneꝫ Quarto discernit in eo ꝙ inopinate ⁊ subito vehunt ⁊ imutant inter dũ vt nihil eis obstare possit. Elicit etiã ex ipius ꝑsone infamia. ⁊ añqꝫ ad vlteriorẽ q̃onẽ de maleficijs circa potẽtiã generatiuã ꝓcedamus q̃ etiã annexa est. ꝑmo soluẽda sũt argumenta.

Sequunt solutiões argumẽtoꝝ.

Ad argumẽta autẽ rñdendo. Ad primũ ꝙ voluntas hoĩs regat a deo sicut intellectus ab angelo bono. ptꝫ solutio. Intellectus eñ sicut tm̃modo illustratur ab angelo bono ad cognitionẽ veri vñ sequit amor boni. q᷑ verũ ⁊ ens conuertunt. ita etiã intellect⁹ põt a malo obtenebrari in cognitõꝫ veri apparẽtis. ⁊ hoc ꝑ ꝯfusionẽ spẽruꝫ principijs sensitiuis. i. virtutibus ⁊ potẽtijs sensitiuis interiorib⁹ representatis. vñ sequit amor inordinat⁹ apparẽtis boni puta corꝑalis delectatiõis quã etiã tales q̃rũt. Ad secundũ argumẽtuꝫ ꝙ intra corpa nõ pñt esse illa imutãdo. partim est verum ꝑtim nõ. ⁊ hoc q̃ ad triplicẽ imutationẽ. Nõ eñ possunt illa imutare q̃tum ad eductionẽ alicui⁹ forme siue substãtialis siue accidentalis que etiã poti⁹ dicenda est productio q̃ꝫ imutatio sine adminiculo alteri⁹ agentis aut etiã sine diuina ꝑmissiõe. Si aũt loquamur de imutatiõe qualificatiua vt de sanitate ⁊ infirmitate. sic vt ex ꝓcedentib⁹ ptꝫ pñt varias infirmitates etiã vsqꝫ ad ligamẽ rõnis imittere. ⁊ sic odiuꝫ ⁊ amorẽ inordinatũ procurare. Põt etiã addi tercia imutatio que fit qñ angel⁹ bon⁹ vel malus illabit corꝑi sicut dicim⁹ ꝙ de⁹ tm̃modo illabit aĩe. i. essentie aĩe. Sed vbi dicim⁹ ꝙ angel⁹ illabit corꝑi ꝓcipue mal⁹ vt in obsessis ibi nõ illabit infra terminos essentie corꝑis. q᷑ sic ille solummodo q̃ dat esse. s. deus creator illabi põt ⁊ cõtinet tanq̃ q̃ habet itrinsecã operationẽ aĩe. Dicit tamẽ illabi corpori qñ aliq̃d oꝑatur circa corpus q᷑ ibi est vbi operatur. vt dicit Dam. ⁊ tũc oꝑatur infra terminos corꝑalis q̃titatis ⁊ infra terminos essentie corporis. vñ elicit ꝙ corp⁹ habet termĩos duplicis rõnis q̃titatis ⁊ essentie. Et ẽ distinctio sicut inter suppositũ ⁊ naturã. Vñ sicut corpori illabi pñt ita ⁊ potẽtijs affixis organis coporalib⁹ ⁊ ꝑ ꝯñs pñt impressiões facere i potẽtias vñ ꝑ accidẽs talis oꝑatio ⁊ impssio resultat in intellectũ cũ ei⁹ obiectum sit fantasma sic color visus vt dr̃ in. iij de aĩa. ⁊ ꝯñr ꝑ accidẽs vsqꝫ ad volũtatẽ q᷑ volũtas suũ obiectũ recipit ab itellectu sub rõe boni fm ꝙ itellect⁹ apphendit aliq̃d in rõne boni veri ⁊ apparẽtis. Ad terciũ argumẽtũ cogñscere cogitationes cordis est

dupl'r. vel in suo effectu. vl' vt sunt in intellectu. Primo mō nō solū angel⁹ sȝ etiā hō ɔgnoscē pt. lȝ angel⁹ subtili⁹ vt patebit. Nā interdū cogitatio cognoscit nō solum p actū exteriorē. sed etiā per imutationeȝ vultus. ⁊ etiā medici aliq̄s affectiones animi p pulsum cognoscere pñt. Vñ Aug⁹. in lib. de diuinatione demonū dicit. q̄ aliqñ hoim dispositiones nō soluȝ voce plata. sed etiā cogitatōe cōceptas. cum signa quedā ex animo exprimūtur i corpe tota facilitate pdiscūt. Quis in libro retractationū h̄ dicat non esse asserendū. quō hoc fiat estimo q̄ retractat. Si q̄s diceret euȝ sensisse. q̄ cogitationes demon ɔgnosceret in intellectu. Alio modo pñt cognosci cogitationes put sunt in intellectu. ⁊ affectiones put sunt i volūtate. ⁊ sic sol⁹ deus cogitationes cordiū. ⁊ affectiones volūtatū cognoscē potest. Cui⁹ rō est. q̄r volūtas creature rōnalis soli deo subiacet. ⁊ ipe in eam sol⁹ opari pōt. qui ē principale ei⁹ obiectum. ⁊ vltim⁹ finis. Et ideo ea q̄ in voluntate sunt. vel ex volūtate sola dependēt. soli deo sunt nota. Manifestū est aūt. q̄ ex sola volūtate depēdet q̄ actu aliq̄s aliq̄ ɔsideret. q̄r cum aliq̄s habet habitū sciētie. vel species intelligibiles in eo existentes vtit eis cum vult. Probat etiaȝ ex his q̄ dicta sunt. q̄r angel⁹ nō pōt illabi aīe. ergo nō pt p naturā videre ea q̄ sunt in aīa. ⁊ q̄diu sunt i intimo aīe. Vñ qñ arguit. Demō nō pt vidē cogitationes cordiū. ergo nō pōt corda seu mentes hoim ad amorē vel odiuȝ incitare. Di q̄ sic ɔgnoscit scȝ p effect⁹ ⁊ sbtiliori mō q̄ hō. ita etiā sbtiliori mō pōt imutare ad odiū vel amorē. ɔmouēdo fantasmata ⁊ intellectū obtenebrādo. Est etiā aliq̄d timorosis ɔscientijs ⁊ v̄tuosis p eoꝝ ɔsolatiōe aduertēdū. q̄ imutatio sensibilis exterior ⁊ corpalis q̄ cōcomitat cogitatōes hoīs qñq̄ est ita ɔ̄ilis ⁊ indeterminata. q̄ diabol⁹ p eam i certam cognitōem cogitatōis venire non potest. p̄sertim qñ studijs aut bonis operib⁹ vacant interpellati ⁊ tales tunc in somnis plus vexat. exp̄ientia hec docet. Qñq̄ ē ita fortis ⁊ determiata. q̄ p illā pōt ɔgnoscere cogitatōeȝ q̄tū ad spēm. vt q̄ cogitat de inuidia vel de luxuria. sȝ an p eaȝ possit certitudinalit ɔgnoscere q̄tum ad oēs circūstātias. vt vicȝ sup talem vel talem. sub dubio dimittamus. sicut ⁊ reperim⁹. nisi q̄ vex est q̄ tales circūstantias ex actib⁹ postmodū cognoscere pōt. Ad quartū ptȝ q̄ licet illabi anime tm̄ couēniat deo. tñ illabi corpi ⁊ p ɔsequēs potētijs affixis corpi. modo supra tacto. h̄ pōt ɔuenire angelo siue bono siue malo. Vñ amor ⁊ odium in tali hoīe causari possunt Ad illud q̄ virtus sensitiua sit dignior q̄ nutritiua q̄ tñ nō pōt imutari ab eo. Dicēdū q̄ imo sup vim nutritiuā etiam posset. ita vt aliq̄d citius vel tardi⁹ dirigetur in os vl' in carnē. sed ad illud nō coopatur sicut ad impediēdū vel agitādū vl' res sensitiuas interiores vel exteriores. ⁊ hoc pter suū lucrū q̄d ex sensuū deceptōe et intellect⁹ illusione plurimū pcurat.

Questio octaua. An generatiuā potētiā seu actū venereū malefice impedire pñt. quo d maleficium in

bulla continet.

SEcūdo eadez veritas.s.ꝙ adulterę fornicarię ⁊c.amplius existūt malefice.ostēdit p impedimētū maleficiale sup actū generatiue potētie.⁊ vt vitas magis elucescat.arguit primo.ꝙ nō sit possibile.q2 si tale maleficiū essz possibile.posset etiā maritatis ptingē.qđ si pcedit tūc cum mrimoniū sit opus dei.⁊ maleficiuz opus diaboli.fortius erit opus diaboli ope dei. Si vo pcedit.ꝙ tm̄ nō fornicarijs ⁊ nō maritatis.tūc redibit opinio ꝙ maleficiū nihil sit in re.ꝫ tm̄ in opiniōe hoīm cuius oppositū in pma.q.tactuz ē.aut dabit rō cur istis ⁊ nō illis ptingē pñt.⁊ cū non videt sibesse alia rō.nisi q2 opus dei mrimoniū existit. Et illa rō fm theologos nō pcludit.vtz in.iiij.dist.xxxiiij.de impedimēto maleficiali.manet adhuc argumētū.ꝙ opus diaboli erit fortius ope dei.⁊ cū hoc sit pueniēs asserē.ꝑ etiā incōueniens est asserē p maleficiū posse ipediri actū venereū. Itez diabolus non pt ipedire actus aliaꝝ virtū naturaliuz vt comedēdi.ābulandi.erigēdi.qđ videt eē veꝝ ex eo q2 interimē possent totū mūdum. Preterea.cū actus venereus eq̄lit se hz ad oēm mulierē si ipedit.ipedit etiā ad oēm mulierē.ꝫ h est falsuz.ꝑ ⁊ pmū. Q2 falsuz sit docet expientia.cū tales qui dicūt se maleficiatos sunt potētes ad alias.lz nō ad illas q̄s pgnoscē nō pt.q2 vicz nō vult.vn̄ nihil pt in re In ptriū ⁊ p vitate ē.c. Si p sortiarias.xxxiij.q.viij. Itez oīm theologoꝝ ⁊ canonistaꝝ sniā vbi tractāt de maleficiali ipedimēto mrimonij

Itez ratio alludit cū maior sit ptās demōis q̄z hoīs.⁊ homo impedire potest potentiam generatiuā siue p herbas frigidissimas.siue p alia impedimēta ⁊c.vt q̄sqz imagiari pt ergo ⁊ demon q̄ acutioris sciē existit h facē pamplius pt. Rñsio ex duobus q̄ supra tacta sunt vitas satis patē pt.lz modus impediēdi non sit speculatiue declaratus. Nā tactuz ē.ꝙ maleficiū nō est solū in opiniōe hoīm q̄si nihil in re.imo effectus innūeri maleficiales accidē pñt vere ⁊ realit deo pmittēte. Ostēsuz ē etiam ꝙ deus amplius pmittit sup vim generatiuā pp̄ter maiorē eius corruptionē q̄z sup alios actus hūanos. Sed de mō q̄ tale impedimētū pcurat est aduertēdū.ꝙ non pcurat solū circa vim generatiuā.ꝫ etiam circa vim imaginatiuā seu fantasiā Et sup h notat Pe.de palu.in suo iiij.di.xxxiiij q̄nqz modos. Dic enim ꝙ q2 demon ex h ꝙ est spūs hz ptātem sup creaturā corpalez ad motū localē phibendū vel faciēdū. Ido pt corpa impedire ne sibi appropiquant directe vel indirecte interponēdo se q̄nqz in corpe assumpto.sic accidit sponso q̄ despōsauerat idolum.⁊ nihilominus ptraxerat cuz iuuencula.nec pp̄ter h poterat eā cognoscē. Scđo mō hoiez inflāmare ad actū illū vel etiā refrigerare ab actu illo adhibēdo occulte vtutes reꝝ q̄s optime nouit ad h validas. Tertio mō turbādo estimationē ⁊ imaginationē qua reddit mulierez exosaz.q2 pt vt dictū est i imaginatione imprimē. Quarto reprimēdo directe rigorē mēbri fructificatoris cōgruēti.sicut etiā motū localē reprimere pt. Quito phibēdo missionē

spiritui ad mēbra in qbus ē vtus
motiua q̄si intercludēdo vias semi
nis ne ad vasa generatiōis descen
dat vel ne ab eis recedat. vel ne ex-
cidat vl' emittat ⁊ mltis alijs mōis
Et sbdit h̄ qd supra actū ē ab alijs
doctorib⁹ ꝯcordando dicēs. Plus
eni pmittit de⁹ sup hūc actū p quē
primū pctm̄ diffundit q̄ȝ sup alios
actus hūanos. sic ⁊ sup serpētes q̄
magis incātationib⁹ deseruiūt q̄ȝ
alia aialia. ⁊ post pauca dicit. Idē
etiā de muliere est. qꝛ pōt imagina
tionē ei⁹ sic demētare vt exosū ha
beat virū. q̄ p toto mūdo nō pmit
tit se cognosci. Post vult dare rō-
nem q̄re plus maleficiunt viri cir-
ca talē actū q̄ȝ mulieres. ⁊ dicit q̄
quia tale impedimētū fit interdū
p obstrusionē vasis. vel etiā p mo-
tū localē reprimēdo rigorē mēbri.
que potius ⁊ faciius in viris ꝯtin
gere pūt. ideo plures viri maleficiā
tur q̄ȝ mulieres. Posset etiā qs di-
cere q̄ ideo qꝛ plures mlieres sup-
stitiose sunt q̄ȝ viri. ⁊ poti⁹ allicere
cupiūt viros q̄ȝ mulieres. vel etiā
in despectū h̄ faciūt mulieres ꝯiū
ctē vt vtrobiq̄ faciāt occasionē ad-
ulterādi dū vir alias cognoscē pōt
⁊ n̄ ꝓpriā ⁊ silr vxor etiā alios hēat
q̄rere amatores. Addit etiā q̄ deus
pmittit ampli⁹ seuire in pctōres q̄ȝ
in iustos. Vñ angel⁹ dixit Thobie
In illos q̄ libidini vacāt accipit de
moniū ptātem. licet etiā aliqn̄ i iu-
stos sic i Job. ſ nō circa vim gene
ratiuā ꝓpter q̄ debēt facere ꝯfessio
nes ⁊ alia bona ne ferro manēte in
vulnere frustra sit medicinā appo-
nere. hec Pe. ſ de āmotione talis
effectus patebit in tertia pte opis.

Incidentaliter aliqua dubia de-
clarantur.

Incidētaliter po. si queri
Quare actus ille aliqn̄ im-
pedit respectu vni⁹ mulie-
ris ⁊ non respectu alterius. Rn̄sio
fm Bonauen. hec est vel qꝛ sortile
gus seu malefica ad hoc respectū
psone determinate diabolū immu
tauit. vel qꝛ deus respectu persone
cuiuslibet ipedire non pmittit. Oc
cultum eni dei iudiciū hic latet. vt
patet in vxore Thobie. Et addit. si
queritur quō dyabolus hoc facit. Di
cendū q̄ impedit generatiuā non
impedimento extrinseco ledendo
organū ſ extrinseco impediendo
vsum. Vñ quia est impedimētū ar
tificiale non naturale. ideo pōt im-
pedire ad vnā qd nō ad alias. vel
tollendo excitationē ꝯcupiscentie
ad illam ⁊ nō aduersus aliā ⁊ hoc
p virtutē ꝓpriā vel herbā vel lapi-
dem vel p aliquā naturā occultam.
Et hec ꝯueniūt cum dictis Pe. de
palude. Preterea cū in potētia ta
lis actus benecq̄ ex frigiditate na-
ture seu naturali defectu cōtingit.
Si queritur quō pōt discerni q̄ ex
malificio vel nō malificio ꝯtigerit.
Rn̄dit Hostien. in sūma. licet hoc
non sit p̄dicādū publice qn̄ virga
nullaten⁹ mouet ⁊ nūq̄ potuit co-
gnoscere hoc est signū frigiditatis.
ſ qn̄ mouet ⁊ erigit pficere aūt nō
potest est signū malficij. Notan-
dum insup q̄ non solum fit malefi-
ciū ne quis actum illū exercere va
leat. ſ etiam aliquādo fit ne mulier
ꝯcipiat vel vt aborsum faciat. Sed
nota fm canonū sanctiōes. q̄ qcūq̄
ꝓpter vindicte libibidinē explēdā.
vel ꝓpt odiū aliqd fecerit viro vel
mlieri ꝓpt qd nō posset gn̄are vel

